et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac re aliqua principali ex contentis Inscriptionis praefatae non completa complenda Citata ex nunc Memorata Pars Una praemissa non tenens sive illius Successores Ad Instantiam alterius Partis praemissa tenentis aut eius posterorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense. Ex tunc recessu suscepto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Vadium praetactum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur etc. Scribantur ligamenta ex prioribus.

Cebrowska seu Sulimowska abre nuntiat. 56

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Alexandra Cebrowska Generosi Christophori Cebrowski cum Generosa Anna Kłodnicka Coniuge eius legitima procreata Filia Generosi Vero Alexandri Sulimowski Consors legitima Cum eiusdem Mariti sui Viri Tutoris coniugalis personali assistentia et Vitroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expres-

se

sum requit Quia sibi recognoscenti de bonis Paternis et Maternis se recognoscentem in vim dotis et expeditionis sui legitimae concernens per manus eorundem Grosorum Parentum suorum totaliter et plenarie satisfactum est ob quam eiusmodi satisfactionem dotisque se recognoscentem concernentis totalem et integram persolutionem bonis Paternis et Maternis generaliter omnibus in manus suprafatorum Grosorum Parentum suorum abdicat abrenunciat et resignat Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

Woiakowski Potockich Conjuges quietat et statuet.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Premislien Grosus Andreas Woiakowski Pincerna Zydaczovien Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitaneal Premislien Juris-
57 dictioni quoad Actum hunc attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum requit Quia ipse suo et Grosae Teresiae de Truskolasy Conthoralis suae legitimae pro cuius ratihabitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine Illres et Mgcos Felicianum Potocki Subdapiferum Regni Crasnostavien Capitaneum et Christinam de Lubomierz Coniuges legitimos eorumque posteros de Summa Duodecim Millium florenorum polonicalium sibi recognoscenti praefatoque Conthorali per eosdem Illres

et Mgcos